Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

boni quod audiuimus fecimus. sed et
istum malum actum uidimus. Post venerit
ad nos patres nostri quorum nomina supra
inserta tenentur. sicque et cum ipsis uiato-
res qui se dicebant ambulaturos
usque dum descendimus in amenam campani-
am. Deinde illi gratias deo referentes
reuersi sunt ad celestem patriam.
6 Sic postmodum ego et frater ipse Fra-
noaldus. qui potestatem acceperat
me reducendi iter carpentes venimus
ad nostrum monasterium. Et mirum ibi appa-
ruit misterium. quia ad ipsius aduentum
aperta sunt hostia ecclesie. Et in ingressu
Oracione quoque ex Clibauit.
Opleta. acceperunt preceptum a uiris
beatissimis. ut me ad patriam transitori-
am perduceret. Hunc ceperunt intra se
tractare. qui me ad propriam reuocaret per-
egrinacione. Consilio vero inito roga-
uerunt unum ex fratribus Framnoaldum
nomine. qui in isto nostro monasterio. postquam illi
pietas diuina concessit in puerili etate
a corpore migrauit. cuius corpusculum
ad limen ecclesie sancti PETRI iacet. ut
ipse ad monasterium reduceret. et insuper ad-
huc polliciti sunt ei dicentes. Si hunc
fratrem ad monasterium reduxeris. sin-
gulis dominicis diebus sepulchrum tuum sco-
pis mundabit. et super ipsum miserere
mei deus per ordinem usque in finem iste
frater decantabit. At illi conuersi ad me dix-
erunt. Sponde nobis frater. ut promissa is-
ta debeas implere. Et ego statim pro-
misi. et verbo firmaui. Et illi dix-
erunt. Vide ut ex hoc aliud ne facias.
ne condempnatus de mendacio appareas.
Tunc Framnoaldus frater. Ego iussioni
vestre obtemperabo. propter hoc impleat ille
quod promisit. Et fratres deo gratias egerunt

uim insonauit Ibbo seruus dei. Et sic
postea omnia supra memorata. ego qui
scribere perscripsi non ab alio dicta.
sed per memetipsum ipsa didici. Si quis
hoc opusculum ante factum in manibus le-
gendum acceperit. potest me de rusticitate
verbi reprehendere. sed non potest de mendacii
culpa redarguere. Cuius namque est ille
frater karissimi. rogo tam ferream mentem habens.
quem non terreant ista denunciata sup-
plicia. ubi demones unumquemque a
corpore egressum tam velociter rapiunt.
et secum ad inferna trahunt. Hoc quoque
beatus Gregorius confirmat. quia animam rec-
as iusticie faciat. Tunc Ibbo frater
ait. Dilectissimi fratres parate ipsum sig-
num. At ipse primum ut cepit manus
suas ad signandum leuare. mirus sple-
ndor cepit eius brachia et digitos +
exornaret. Sed ut in speciem auri si-
militudine et gemmis erant deal-
bati. Et non sine causa hec omnia appa-
rebant facta. in quo mea quod paruu-
las vidit pauca referam. Cuius na-
tiuitas fuit de generacione inclita. et
dereliquit omnem possessionem terre-
nam iuxta quod dominus docet. vade vende
omnia que habes et da pauperibus. et veni
sequere me. Precepto impleto de-
uocione integra et consilio inito red-
didit se in seruitium Christi. comam deposu-
it. vicia abscidit. et sic renouatus
factus est miles Christi. Cuius manus semper
fuerunt large ad elemosinam dandam.
erogabat transitoria. mercabat eterna.
Ista et alia bona faciendo refulserunt
eius digiti et brachia. Nullus ergo
debet fratres dubitare elemosinam dare.
dum sit pius deus fideles suos facit
in eterna uita claros habitare.

+ irradiare Et ego ut uidi cum diligencia cepi
considerare quid nam tantus esset splendor qui sic
eius brachios & digitos +